

bastiano quandam Annuitatem sive annualem Reditum centum sexaginta sex Librarum tresdecim solidorum et quatuor Denariorum legalis Monetae Angliae,

Habendam gaudendam et annuatim percipiendam eandem Annuitatem sive annualem Redditum centum sexaginta sex Librarum tresdecim solidorum et quatuor Denariorum praefato Sebastiano et assignatis suis a festo Annunciationis beatae Mariae Virginis, tunc ultimo praeterito ad minum et pro Termino Vitae eiusdem Sebastiani de Thesauro nostro Haereditum et successorum nostrorum per manus Thesaurari et Camerariorum nostrorum ibidem pro tempore existentium ad festa Nativitatis Sancti Johannis Baptistae, et Sancti Michaelis Archangeli, Natalis Domini, et Annunciationis Beatae Mariae Virginis per aequales Portiones annuatim solvendam, prima solutione inde incipiente ad Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistae tunc ultimo praeterito, prout in dictis Literis Patentibus inter alia plenius continetur.

Quas quidem Litteras Patentes praefatus Sebastianus Caboto nobis in Cancellariam nostram sursum reddidit et restituit cancellandas, et ibidem jam cancellatae existunt, prout certam inde habemus notitiam, ea tamen intentione quod nos, alias literas nostras patentes de Annuitate praedicta eidem Sebastiano et dilecto servienti nostro Willielmo Worthington Armigero ac eorum alteri diutius viventis in forma sequente facere et concedere dignaremur ;

Sciatis igitur quod Nos pro considerationibus praedictis nec non in consideratione boni veri et fidelis servitii Nobis, per dilectos servientes nostros Sebastianum Caboto et Willielmum Worthington Armigeros ante hac impensi et in posterum impendendi, de Gratiis nostris specialibus, ac ex certis scientiis et meris Motibus nostris, dedimus et concessimus, ac per Praesentes, pro Nobis Haeredibus et Successoribus nostrum praefatae Reginae damus et concedimus eisdem Sebastiano et Willielmo ac eorum alteri diutius viventis, dictam Annuitatem sive annualem Redditum centum sexaginta sex librarum tresdecim solidorum et quatuor Denariorum legalis Monetae Angliae,

Habendam gaudendam et annuatim percipiendam eandem